



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 3. Quid sunt Commodatum & Precarium?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**



## Q. 3. Quid sunt Commodatum, &amp; Precarium?

*Resp.* Commodatum est contractus, quo res ad solum usum gratuito conceditur usque ad designatum tempus, ante quod repeti non potest.

Precarium est gratuita solius usus rei concessio ad nutum revocabilis. Unde non differt à Commodato, nisi quòd possit quovis tempore repeti à concedente, non tamen in continenti; alioqui esset inane ac illusorium, non beneficium. Solvitur ipsius rei alienatione, & morte accipientis. cap. ult. de Precariis.

## Q. 4. Quenam sunt obligationes commodantis, &amp; commodatarii?

*Resp. I. Ex communi,* commodans tenetur  
 1. Aperire vitium rei commodatae, si sit periculosum, alioqui tenebitur de damno inde secuto. l. 18. & 22. ff. commod. cum dederit illius occasionem. 2. Tenetur ad impensas extraordinarias l. 18. ff. commod. 3. Tenetur non repetere ante tempus, de quo expressè vel implicite conventum est. l. 17. ff. commod. & cap. un. de commod. quia, ut ibi dicitur, non oportet nos beneficio decipi, sed juvari. Quare si ante repetat, tenebitur de interesse, quod inde alteri sequetur: nam fecit injuriam violando jus alterius ex pacto acquisitum. Ex-  
 cipe